UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]ctis Euphemia Dorothea Tecla [et] Erasma v[ir]ginib[us] [et] martyrib[us]. Cap[itulum]. xxix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

vix ſolummodo cibum ſumebat: ⁊ cilicio aſper-
rimo carnē domabat. Succeſſit abbati defun-
cto in regimine loci: multis miraculis pollens.
Nam monachuꝫ quendā libidine diu grauiter
tentatum: ⁊ fere ad deſperationē adductū tu-
nicam ſuā induens excuſſo ab illo demone etiā
corporaliter vlulante ad caſtitatē nimiā reuoca-
uit. Aliū etiam ante completū officiū eccleſiam
egredientē diuqꝫ correptum reliquijs panis ſui
cibauit: ⁊ repēte ad emēdationē reduxit. ¶ Ve-
rū dum famā populi ad ſe confluentis effuge-
ret in vaſta heremo ſe concluſit: ſed de manda-
to epiſcopi ad monaſterij regimen inuitus re-
dijt. Poſt modicū autem orationis gratia pari-
ſius veniens in cellula ſancti petri duobus an-
nis. ⁊ ix. menſibus ſe includens diſcipulos cō-
uocauit ⁊ eiſdem obitus ſui die prenunciato in
pace quieuit. iiij. nonas ſeptembris anno domi-
ni. cccccccccclxxiiij. othonis imperatoris tertij
anno primo: ſepultus ibidē miraculis fulgēs.

¶ De ſancto Coſma confeſſore. Cap. xxvi

COſmas cō-
feſſor natione gre-
cus in inſula cre-
teſi. heremiticam
vitā duxit. Qui omnibus die-
bus vite ſue ieiunijs ⁊ oratio-
nibus vacans in quodā antro
reſedit. vbi ⁊ poſt laudabilē vi-
tam in pace quieuit. iiij. non.
ſeptēbris. Cuius corpus cuꝫ
aliquod tempore in eodem ſpecu ſepultū quie-
uiſſet ab incolis loci intra ciuitatē tranſlatum
eſt vt honorificentius coleretur. Quod deo et
ſancto diſpliciuiſſe euidenti ſigno apparuit. Nā
maxima aeris ſiccitate ſuperueniente arefacta
eſt terra et fames valida ſubſecuta: nec prius
illapſa de celo pluuia fertilitas abundauit: do-
nec ſanctum corpus ad loci ſui abdita reductū
eſt. Poſt annos xpo fere. cccc. corpus ipm a ve-
netis nauigantibus inde ſublatum eſt: ⁊ vene-
tias tranſlatum: atqꝫ in monaſterio ſancti geor-
gij maioris reconditū: vbi ad preſens quieſcit.

¶ De ſancto Elpidio epiſcopo. Cap. xxvij.

ELpidiuſ
lugdunenſis
epiſcopꝰ fuit:
qui multa ſan-
ctitate flagra-
uit et doctrina
⁊ miraculis coruſcauit. Qui
et ppl'm dei ſibi cōmiſſum fe-
lici cura gubernās apud pre-
fatam ciuitatem. iiij. non. ſe-
ptembris in pace quieuit. Sepultus in eccleſia
ſanctorū. vij. machabeorū in qua ſcti iuſti eius
predeceſſoris epi mēbra tumulata requieſcūt.

¶ De ſancto Elpidio abbate. Cap. xxviij.

ELpidius ab-
bas genere cappa-
dox fuit. De ꝙ ſcri-
bit heraclides qui habitauit i
ſpecu ſtudio abſtinentie cun-
ctos vincēs. Nam per annos
xxv. quos ibi vixit dnico tm̄ et
iouis diebus cibum ſumebat:
alijs diebus nihil oīno guſta-
bat: ac per totam noctē ſtādo
⁊ orando pſallebat: quem innumera multitudo
fratrum ſequebat. Dum autē ſcorpio illum no-
cte quadā percuſſiſſet: ipe eo calcato ne ſtandi
quidem ſpaciū in quo ſteterat mutauit intantū
dolorem cōtempſit. ¶ Sarmentū vitis aridum
extra tempus debitū ab eo plantatū adeo cre-
uit: vt vitis magna facta infra annū totā eccle-
ſiam operiret. Hic per ānos vigintiqnqꝫ nunꝙ
ad occidentē ſe vertit: nec ſolem declinantē cō-
ſpexit. Cuius exemplo diſcipulus eius ſiſinniꝰ
cum apud eum ſeptem annis fuiſſet: in ſepul-
chro ſe clauſit: in quo ſtans per trieniū ſemper
orauit: nunꝙ die vel nocte deambulans aut ſe-
dens aut iacens. ¶ Elpidius igitur poſt ānos
predictos ad cappadociam regreſſus ⁊ preſby-
ter factus fratres ⁊ ſorores in vnum collegit: ⁊
cenobio conſtructo in pace quieuit. Cuiꝰ feſtuꝫ
agitur. iiij. non. ſeptembris.

¶ De ſctis Euphemia Dorothea Tecla
⁊ Eraſma xginibꝰ ⁊ martyribꝰ. Cap. xxix.

EVphemia: dorothea: te-
cla: et eraſma
virgines paſſe ſunt in aquileia ci-
uitate tēpore neronis imperato-
ris ſub ſeuaſto preſide. Fuerunt
em̄ duo fratres nobiles ⁊ ditiſſi-
mi eiuſdē vrbis. Quoꝝ maior noīe valērius pa-
ganꝰ genuit euphemiā ⁊ dorotheā. Alter xo mi-
nor noīe valentianus xpianus genuit teclam et
eraſmā: qui tā filias ſuas ꝙ neptes ſepius ad
domū ſuā veniētes ad fidē xpi ſecreto erudie-
bat: ꝗs ſctūs hermacoras epus in ipa domo ca-
thetizauit. valērius aūt iuſſit fieri turrim excel-
ſam ſup fluuiū natiſum: ita vt flumen ꝑ mediū
turris flueret ꝑ arcus reuolutos: in ꝗ turri fi-
lias ſuas ꝓpter earū nimiā pulchritudinē collo-
caret: donec eas maritis traderet: duaſqꝫ fene-
ſtras tm̄ in ipſa turri fabricari ꝑcepit. Sed cū
ad ciuitatē tergeſtinā perrexiſſet: euphemia ⁊
dorothea tertiā feneſtrā ceteris ampliorē con-
ſtrui fecerunt: vt in ipa ad orōnē ſtare poſſent.
¶ Cum autē die quadā deſcēdiſſent ad fluuiū
vt ex more ſe lauarent ſupuenerunt ⁊ germane
ipſarū tecla ⁊ eraſma: ⁊ orantibus xginibus vt
aqua fluuij mundaret quatenus digne baptiza-
rent: natiſus fluuius retraxit vndulas ⁊ ſtetit.
Eadem hora ſupuenit valentianus cum beato

hermacora: ⁊ viſo miraculo gr̄as deo egerunt. Quas ſanctus hermacoras continuo baptizauit ⁊ deo virgines dedicauit: eaſqꝫ valentiano cōmendauit. Reuerſus autē valentius eodem die: ⁊ videns tertiā feneſtram in turri conſtructam didicit a magiſtris: ꝙ ad mandatū filiarū ſuarū eam fabricaſſent. Et interrogauit filias ſuas cur tertiā feneſtram fieri iuſſiſſent. Que dixerunt: vt maius lumen ibi fulgeret nolētes ei indicare: ꝙ cauſa orationis eam conſtrui ordinaſſent. ¶ Poſt aliquot vero tempus cū valentius filias ſuas vellet viris tradere: eo ꝙ a plurimis nobilibus in coniugium peterentur. Reſponderunt virgines ſe chriſtū ſpōſum immortalem habere: cui virginitatē ſuā ꝑpetuo dedicaſſent. Quod audiens valentius iratus arrepto gladio eas interficere voluit. Ille vero ad domum valentiani patrui fugerunt. Quas valentianus vnacum filiabus ſuis in angulo domus abſcondit. Et cum prexiſſet: vt hec ſancto hermacore epiſcopo nunciaret. Ualentius cum ſeruis ſuis venit ad domum fratris: ⁊ filias requirere cepit: ⁊ interrogans duos ex ſeruis valentiani vbi eſſent: vnus quidem eas celauit. Alter vero eas propalauit: qui ſtatim arreptus a demonio ſeipſum in natiſo fluuio necauit. Ualētius vero filias ⁊ neptes in angulo repertas xp̄m adorantes apprehendit: ⁊ ad domum ſuā adduxit. ¶ Altera vero die ipſas quattuor ſeuaſto preſidi tanꝗ chriſtianas puniendas tradidit: quas p̄ſes ante ſe iuſſit adduci: ⁊ cepit agere: vt ſacrificarent. Et dum ſe xp̄o domino ſacrificare dicerent: iuſſit eas nudas virgis cedi: deinde verſis pedibus ſuſpendi: ⁊ malleis capita earū cōtundi: vſqꝫ dum ꝑ nares earum ſanguis diſtillaret in terram. Et cum hec omnia conſtanter tolleraſſent: ⁊ deo ſemper gratias agerent: preſes fecit eas in carcerem recludi. Mane autem facto mandauit iterum ſibi virgines preſentari: ⁊ videns eas ſanas effectas ad deorum ſacrificia exhortabatur: eo ꝙ dij eis cōpatientes earum vulnera curaſſent. Sed cū ſe a xp̄o dn̄o ſanatas aſſererēt: ⁊ non ab eius dijs quos eſſe demones comprobabant. Juſſit eas ſeuaſtus in equuleo ſuſpendi: ⁊ ad latera ipſarum lampades ardētes applicari. Deinde fecit illarū māmillas amputari: ⁊ canibus deuorandas iactari: quas tamē canes intactas cuſtodiebāt. Jterumqꝫ eas preſes mandauit in cuſtodiam recipi. Nocte autem ipſa Ualentianus mammillas virginum intactas: ⁊ ſicut roſas ſplendētes inuenit: quas hermacore epiſcopo pro reliquijs obtulit. Sequēti vero die mādauit p̄ſes virgines nudas ꝑ totam ciuitatem aquileie circunduci. Orante vero euphemia angelus domini operuit eas ſtola candida ⁊ corpora illarū reſtituit omnino illeſa: ita vt nec cicatrix in eis appareret. Et cū illeſe fuiſſent preſidi preſentate videns ſeuaſtus ipſas: vt ſolē facie ſplēdētes atqꝫ deos omnes gentiū confutantes: iuſſit illas capite truncari. Quas pater ac patruus earum valentius arreptus ad ſummitatem turris: quā fecerat traxit: ⁊ manib⁹ eas ꝓprijs decollauit. Corporaqꝫ illarū cū capitib⁹ ex alto in flumine proiecit: ⁊ ſubito facto nimio terremotu ignis de celo veniens: ipm̄ cū oībus qui ſecū erant: ⁊ ipſam turrim vſqꝫ ad fundamēta cōſumpſit. Cūqꝫ noctu valētianus cū ſancto hermacora prexiſſent ad flumē ad corpa requirēda: dū eſſent iuxta portā valētianā: ecce venit nauicula cum duobus viris ſplēdidis ad ripā fluminis: que dr̄ clemētiana: in qua nauicula corpa ſanctarū cum capitibus poſita erant: que illi duo viri ſancto hermacore obtulerunt. Qui vna cum clericis ſuis ⁊ valētiano gratias agēs corpora virginum de nauicula leuauit: ⁊ in domo valentiani in monumētis marmoreis ſepeliunt: vbi ⁊ altare conſtruxit: ⁊ domū ipſam in honore ſanctarū eccleſiā cōſecrauit: valentianus quoqꝫ omnē familiā ſuā baptizari manumiſit: oēſqꝫ facultates ſuas eccleſie cōceſſit. Paſſe ſunt aūt ſancte virgines. iij. non̄. ſeptembris.

¶ De ſcta ſeraphia virgine ⁊ mar. Cap. xxx.

Seraphia virgo paſſa eſt apud oppidū vendineſium ſub adriano principe ⁊ preſide byrillo. Hec genere antiochena veniens ad vrbem declinauit ad domū beate ſabine relicte nobiliſſimi valentini: quā ſua predicatione ad xp̄m conuertit: vt dictū eſt ſupra in paſſiōe ſabine. iiij. kal. ſeptembris. Quod audiēs byrillus preſes miſit ad virginem cōprehendendā. Sabina vero virginem diligens: parato curru vna ſecū ad pretoriū perrexit. Preſes aūt ob nobilitatē ſabine vtriqꝫ deferens eas cū pace dimiſit. Sabinam tamē ꝙ magicis artib⁹ demētata xp̄iana fuiſſet effecta dure redarguit. ¶ Poſt tertium vero diē preſes ſeraphiā rapuit: eāqꝫ ſibi preſentari fecit: ipſamqꝫ ad deoꝝ ſacrificia inuitauit. Que cum ſe chriſto domino immaculatum ſacrificiū offerre diceret: ſeqꝫ ex perpetua virginitate: quam deo vouerat: tēplū dei viui aſſereret: mandauit p̄ſes: vt violari deberet: quatenus amiſſa pudicitia templum dei eſſe defineret. Tradidit illā duobus iuuenibus laſciuis egyptijs: vt ea per noctem integrā vterent̄: quā illi in cubiculum obſcuriorem introduxerūt. Orāte vero virgine cum circa primā noctis horā ad eā accedere vellent: facto magno ſonitu cū horribili terremotu iuuenes tremefacti ceciderūt quaſi exanimes ī terrā mēbris oībus reſolutis: quos mane miſſi preſidis illuc deſtinati iacentes et omni corpore impotes inuenerūt. Factoqꝫ con